



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Thronus Dei Maria Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Quartum Principale Argumentum viginti capita complectens, quo ea, quæ de divino throno in sacra Apocalypsi dicuntur, in Virginem Deiparam optime convenire ostenditur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46853)

# QVARTVM PRINCIPALE ARGV-

mentum, vnum & viginti capita complectens; quo ea, quæ de diuino Throno in sacra Apocalypsi dicuntur, in Virginem Deiparam optimè conuenire ostenditur.

Apoc. 4.

Multa de throno dicta sedentis in throno cognuimus, etiamen Virginis accommodari possunt.

In Apoc. 22. de throno Virginis accommodantur.

3. Reg. 10.

Apoc. 12.



QVARTVM denique præcipuum argumentum, quo ostenditur beatissima Virgo per Thronum Dei Apocalypsis e. 4. significari, ex eo ducitur; Quoniam quæ de hac diuina sede cap. illo 4. & alijs scribit S. Ioannes, ea in Virginem Matrem quadrant mirificè, vt non obscure per eam ipsa intelligi posse videatur; quamquam enim non inficior si minus in omnibus, ac certè in plenisque quæ de diuina sede in Apocalypsi narrantur, si iuxta litteralem sensum loquamur, per metonymiam (qua nimirum continens sumitur pro contento) accipienda esse, eamque in circuitu, siue in conspectu sedis, seu throni describuntur; ea perinde intelligenda, quasi sint circum, vel ante Deum sedentem in throno; quædam etiam primario sensu (id quod in superioribus probauimus) B. Virgini tribui commodissimè possunt, talis est illa Deo sedenti parata sedes, & quid simile, quod suo loco indicabimus, reliqua verò tametsi ad litteram de sedente in throno intelligantur, quadam tamen analogia etiam B. Virgini vique ad eò commodè congruunt, vt ibi per Thronum ea etiam, saltem per allegoriam, id quod in hoc quarto argumento tractandum suscepimus, intelligi posse videatur, quare præcipua quædam, quæ de hac sede, vel throno in Apocalypsi scribuntur (neque enim omnia persequi est necesse) commemorabimus, ac qua ratione B. Virgini conuenire possint, ostendemus.

Ea porro duodecim sunt, quorum septem priora, ca. 4. Apocalypsis, reliqua in alijs eiusdem libri locis continentur; de quibus tanquàm de duodecim leuæulis, qui thronum Salomonis eburneum; Reg. 10. ornabant, & tanquam de duodecim stellis, quibus Mariæ regium diadema compactum esse scribitur Apoc. 12. eodem ordine agemus, hac enim occasione pleiæque quæ ad laudes Virginis beatissimæ spectare, quæque cum ea tractatione congruere videbuntur, eadem Virg. bene iuante propositarum vitium imbecillitate persequemur.

Primum igitur, sedes hæc, seu thronus ante omnia à S. Ioanne in hac visione conspicietur, & recenietur.

Secundum, Deus optimus ab hoc throno denominatur, cum identidem sedens in throno appelletur.

Tertium, Iris similis visioni smaragdinae, diuinæ misericordiæ symbolum in circuitu Throni esse narratur.

Quartum, vigintiquatuor Seniores multis insignibus illustres Thronum ambire, & coronas ante thronum deponere dicuntur; in conspectu verò sedis tanquam mare vitreum simile crystallo esse describitur.

Quintum, quatuor illa animalia in medio, & in circuitu sedis esse dicuntur.

Sextum, de throno fulgura voces, & tonitrua procedebant.

Septimum, septem lampades ardentes, qui sunt septem spiritus Dei; ante thronum multitudo verò maxima Angelorum; in circuitu throni esse perhibentur.

Octauum, Christus Dominus Apoc. 3. vincti confessum in throno suo pollicetur.

Nonum, incensa multa de orationibus nimirum sanctorum omnium obrulit Angelus super altare aureum, quod est ante thronum Dei Apoc. 8.

Decimum, filius mulieris sole amictæ rapto est ad Deum, & ad thronum eius Apoc. 12.

Vndecimum, centum quadraginta quatuor millia, qui cum mulieribus non sunt coinquinati, & sequuntur Agnum quocunque ierit, cantabant quasi canticum nouum ante sedem Apoc. 14.

Duodecimum, denique vox de throno Apoc. 19. exiit dicens, Laudem dicite Deo nostro & 12.

omnes, qui timetis eum pusilli, & magni. & Apoc. 21. Vox de throno magna auditur, qua dicebat, Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, &c.

\* \*

VIR.